Quaderns de la Selva, 7 (1994)

Les actes de consagració de les esglésies d'Arbúcies, Vallcanera i Martorell (s. X)

JOSEP M. MARQUÈS PLANAGUMÀ

ELS documents que presentem tenen l'interès que comporta el fet de tractar-se d'actes de consagració d'esglésies inèdits, que havien escapat a la recerca dels col·lectors d'aquesta mena de peces. Del primer se'n sabia l'existència, però no la localització; ha aparegut a l'arxiu parroquial d'Arbúcies, en ocasió de cercar-hi dades sobre la història de la parròquia.[1] Per arribar al segon ens ha estat útil una notícia existent al *Repertorium collationum* de l'Arxiu Diocesà.

A Arbúcies ja hi havia nombroses esglésies, que l'acta enumera. La que bastí Caribert, fill de Baró, el 923 seria segurament destinada a centralitzar la vida religiosa de la vall, a través de la institució parroquial.

Vallcanera, en canvi, neix com a sufragània de Caldes de Malavella. Per aquest motiu hom disposa que el cens que haurà de satisfer a la catedral de Girona sigui una part del que pagava aquesta. Val a dir que també de Caldes en fou segregada una altra parròquia, la de Franciac, de la qual tinguérem la satisfacció de trobar l'acte de consagració.[2] El motiu de la transcripció del document degué ser una mica casual; s'estaven recopilant escriptures sobre delmes, i el bisbe, segons que hom anota al marge, manà que s'hi inserís aquesta. Pel que fa a la datació, la indicció ens portaria a l'any 969, i l'any de Lotari, al 962.

Finalment, la notícia de la consagració de l'altar major de Sant Pere de Martorell és suficient per assegurar l'antigor d'aquesta parròquia, que fins ara hom trobava documentat només l'any 1246, com a depen-

1. *Arbúcies cristiana*, Arbúcies, 1994.
2. R. ORDEIG MATA, «Inventari de les actes de consagració i dotació de les esglésies catalanes», *Revista Catalana de Teologia* 16 (1991), núm. 420, p. 389-390.

dent del monestir de Breda. Els tres bisbes de Girona de nom Gotmar governaren respectivament els anys 841-850, 944-954 i 985-993. El més actiu en consagracions fou el segon, que inaugurà els temples de Sant Julià de Ribelles (944), Santa Maria de Finestres (947), Amer (949) i Santa Coloma de Farners (950). Però és més probable que es tracti del tercer, perquè l'esment d'una congregació monàstica present a la consagració de Martorell escauria a una persona que s'ocupà molt dels afers del monestir de Sant Cugat del Vallès fins a fer-ne gairebé d'abat; a més, el sacerdot Argemir que signa ací, és documentat el 975,[3] i signà també l'any 1000 a l'acta de consagració de l'església de Sant Feliu del Bac.[4] La seva condició de sagristà de la catedral pogué determinar que acompanyés el prelat en les consagracions d'esglésies.

Acta de consagració de l'església de Sant Quirze d'Arbúcies

923, febrer 6

Arxiu parroquial d'Arbúcies, *Institución, demarcación y alodios de la parroquia de Arbucias*, fascicle no foliat.

Institució y fundació de la iglesia parroquial de la vila y terme de Arbucias y la rodalia de aquell, feta per lo noble señor Gayribert a favor del reverent rector de Arbucias.

Hoc est transumptum fideliter in villa de Arbucias diocesis Gerundae, die, mense et anno infrascriptis sumptum a quodam alio publico et auctentico fundationis transumpto inferius inserto in pergameno exarato in debita forma testificato manibus et signis notariorum publicorum subscriptorum sive subsignato, sano siquidem et integro, non viciato, non cancellato, nech in aliqua ejus parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente. Thenor talis est.

Hoc est transumptum fideliter Barcinone sumptum a quodam publico instrumento in pergameno scripto thenoris hujusmodi.

In nomine Dei eterni, sub die octavo idus februarii anno Incarnationis Domini nongentesimo vigesimo tertio, indi<c>tione undecima. Cunctorum fidelium devotione congruit ut ad celestem patriam desiderio anolevit (*sic*) quatenus sanctis monitis inherendo celestium bonorum potiantur affectibus. Hunc igitur secuti sunt morem ab exordio sanctae Ecclesie omnes religiosi sanctique viri qui in ipsa religione ecclesiastica educati, piis operibus insudare et ipsam ecclesiam enutrire et augmentare satagent. Horum itaque formam

3. Cartoral dit de Carlemany, Barcelona, 1993, núm. 57.

4. MARQUÈS DE VALLGORNERA, «El acta de consagración inédita de Sant Feliu de Valldelbac», *AIEG* 22 (1974-1975), p. 439-444.

sequentes oportet nos ita celestia inspicere ut caduca respuentes ad s<al>uberrima manentia toto adnisi tendere valeamus. Denique ego in Dei nomine Gayribertus, divina inspiratione accensus, pro amore et honore omnipotentis Domini pariterque et beatissimi martiris eius Quirici ut me pietas veniam peccatorum meorum largire dignetur, ex proprio sumptu construere curavi ecclesiam in honorem prelibati martiris Quirici, quam ad effectum usque producens, venerabilem virum Uuigonem antistitem Gerundensem a dedicationem hujusmodi templi prout mox (*sic*) est invitare curavi (*ms*: curam) in valle Arbutias, quam ab indulgentia genitoris nostri Baroni ad alodem percipere merui. Dono igitur in die dedicationis ejusdem ecclesie Deo beatoque martiri illius Quirici primitus domos cum curte et terra iuxta ipsam ecclesiam superius scriptam, qui affrontat de oriente in terra de Balasco sive in terra de Durabile, et de meridie in ipso torrenti qui discurrit per tempus pluviale, et de occiduo in terra heredibus vel in ipsa via, de parte vero circius (*sic*) in crunilo Arbucias; sunt ista omnia in circuitu ipsius ecclesie. Et in alio loco, ad ipsos Forcios, dono campo qui affrontat de oriente in terra, et de meridie et de occidente in terra Ermeries, et de cirtiis in strada publica; et dono ibidem de vinea modiatas V, quia(*sic*) affrontat de oriente in vinea Durabile, de meridie in vinea Desiderio, de occiduo in vinea Falarii, de cirtii similiter in vinea Falarii. Dono ista omnia superius scripta ad domum sancti Quirici martiris ex proprio, cum exia et regresia illarum, et dono ibidem missales II, antiphonario I, collectaneo I, casulla I, palleo et palleolo, calices II cum patenas, signos III. Et ego Artemius (*ms*: Artenus) presbiter dono ad domum predicte ecclesie lectionario I et signo I et turibulo I. Hec autem omnia ego Gayribertus ad prelibatam domum sancti Quirici perpetui possessuram trado propter remedium anime mee amodo et deinceps ad ipsum locum vel ministris ibidem servientibus ad augmentum et suplementum proficiant. Quapropter et ego Uuigo, gratia Dei Gerundensis episcopus tantam devotionem nobilissimi viri Gairiberti prospiciens, cedo ad ipsam ecclesiam sancti Quirici ad predicta iuro in valle Arbucias sitam ex decimis episcopatus mei primitus ipsa villa de ipsos Lordayreses (*ms*: Tordayreses) cum fines et terminos suos liquidos et Sancta Maria qui ibidem sita est usque in pudium Aquiles et usque in arbole (*sic*) Aurioli, et sich pertransit per viam publicam qui pergit ad Sanctum Marcialem, et sich pertransit usque ad collum Ferrera et villare Nespula cum terminis et adiacenciis suis usque ad Graner et Villanova cum terminis suis usque ad pudium Calmidellas et usque ad collum Loter et Gausago cum terminis suis usque in ipso margine cum medietate pudio Massanas, et pertransit usque ad ipsas Falgueras et domum Sancti Clementis cum terminis et adjacentiis suis cum ipsos mansos Monte Sirici et omnibus tenedonibus suis, cum medietate ejusdem Montis Sirici et mansos Suniarii (*ms*: Juniarii) cum omnibus pertinentibus sibi, et domum Sancti Acisclі cum pertinentiis suis usque ad molendinum Ferrioli, villare que vocatur Vaca Morta cum terminos suos usque ad podium Dodoni et medietatem campi Sancti Sigismundi et mansos de Poses cum finibus suis et mansum Malle Furedo cum terminis suis, villare Bodoxone cum fines et terminos suos usque ad Collum Rourell et villare que nuncupat Tres Miseros et villare que vocat Romegoso et villare Belleto cum

terminos suos et villare Falgarias cum fines et terminos suos usque in podio Plane Vetulo et villare que vocat Casaleto cum terminos suos et domum Sancti Petri cum terminos suos usque in ipsa Serra qui est super mansum de Perey, et pertransiunt ipsi termini cum domum Sancti Nazarii usque in pudium de super Campo Dulfo. Hec autem omnia suprascripta ego Uuigo humillis gratia Dei Gerundensis episcopus concedo, dono atque presentialiter transfundo ad ipsam ecclesiam Sancti Quirici que est in valle Arbucias a suprascripto Gayriberto composita, constituens atque episcopali auctoritate censura statuens ut nulli in postmodum hoc nostrum dotis decretum ullatenus violari (*ms*: molari) liceat et inconvulsum omni tempore inviolabili permaneat. Redditum vero ecclesie eiusdem statuimus modios III, qu[artarios] VI de annona, et de ordeo qu[artarios] VI, eulogiis sinodalibus denarios VIII.

Digesta est autem hec dotis scriptura VIII idus februarii anno XXV regnante gloriosissimo rege Carolo in Dei nomine feliciter, Amen (*ms*: anni).

Uuigo sancte Gerundensis ecclesie humilis episcopus Gerunde. Bontesimus presbiter sss. Signum Helias presbiter.* Guadamirus levita sss. Uuistrimirus presbiter. +Birasa rector ac presbiter sss. Uuillisclus archipresbiter scribt. sss. Artemius presbiter sss.

Hoc letabundus transtulit sacerdos vocabulo Bernardus V idus augusti anno VIII rege Ludovico prole dicto.

S. Guillermus subdiaconus qui hoc fideliter transtulit anno Domini MCCXX, die et anno quo supra.

Signum Arnaldi sacerdotis qui dicitur de Planis et publici notarii Sancti Salvatoris Bredensis, qui hoc fideliter transtulit IIII idus madii anno Domini millesimo CCLX.

Sig+num Francisci Mulnell, auctoritate apostolica atque regia notarius publicus Barcinone, testis. Sig+num Jacobi de Rnoduno (*sic*), apostolica atque regia auctoritatibus notarii publici Barcinone, testis. Sig+num Jacobi Sastra, auctoritate regia notarii publici Barcinone, qui huiusmodi transumptum fideliter a suo originali sumptum et ad verbum cum eo veraciter comprobatum testificatumque ut supra patet scribi fecit et clausit die decimo quinto mensis octobris anno a Christo nato millesimo quingentesimo quadragesimo septimo. Constat de suprapositis in linea tertia, ubi legitur «patriam desiderio anolevit quatenus sanctis monitis inherendo celestium», «pariterque et beatissimi martiris eius Quirici et me pietas omnipotentis domini», «de meridie», «et». Ita approbo ego infrascriptus notarius manu propria. Sig+num meum Honorati Oliver, auctoritatibus apostolica et regia notarii publici in villa Hostalrici Gerundae populati, huic exemplo testis. Sig+num Josephus Falp, regia auctoritate

* Conjectura nostra. El notari transcriu unes majúscules que poden llegir-se SXFHULELAS LBRB. Bontesimus és transcrit 4tesimus; el nom correcte es coneix per altres documents contemporanis, que també permeten de reconstruir el nom Uuillisclus, grafiat Uuillos dros. A les signatures l'Artemius del text passa a dir-se Arremi. El nom del rector es llegeix com a Bisasa; altrament el càrrec de rector no existia a l'època i el prevere propi de Sant Quirze d'Arbúcies, que féu donacions a l'església recentment consagrada era Artemi.

notarius publicus in villa Sanctae Columbae de Farnes Gerundensis dioecesis populatus, huic exemplo testis. Eg+o Alexius Milans, civis honoratus Barcinonae, auctoritate regia notarius publicus villae et districtus de Arbucias dioecesis Gerundae, qui praedicta exemplavi, scribi feci et in fidem rogatus et requisitus clausi die vigesima quinta mensis octobris anno a nativitate Domini MDCCXI.

Acta de consagració de l'església de Santa Eulàlia de Vallcanera.

968 febrer 9

ADG, Mitra, Llibre dels feus, núm 6, f 7rv, deteriorat de la part esquerra del foli..

[In nomine] sancte et individue Trinitatis. Anno dominice Incarnacionis DCCCCLXVIII, indicione XII, V idus februarii, ve[ni]ens vir reverentissimus dominus Arnulphus, episcopus sancte sedis Gerundensis humilis episcopus ad consecrandam ecclesiam [sub invocatio]ne sca. Eulalia virginis, in subdicione Sancte Marie sedis Gerunde vel in apendicione Sancti Stephani qui situs [est in lo]cum que vocant Kallidas, et est ipsa ecclesia in comitatu Gerundense, in locum que vocant Val de Canaria [...]. Cunctorum fidelium ut ad celestem patriam toto desiderio anelant, quatinus sanctis monitis inherendo celes[tium bonorum] potiantur effectibus. Hunc igitur secuti sunt uni more<m> ab exordio sancte Ecclesie religiosi sanctique [viri qui in] ipsa <religione> ecclesiastica et locati piis operibus insudare et ipsam ecclesiam enutrire et augmentare satagerunt. [Horum itaque] formam sequen<te>s oportet nos ut ad celestia (*sic*) patriam inspicere, ut caduca respuentes ad [saluberrima man]encia toto adnisu tendere valeamus. Quapropter et ego Arnulphus, gratia Dei episcopus [cedo] ad ipsam ecclesiam suprascriptam decimas et primicias et oblaciones fidelium de villar valle [Caneria cum] fines vel termines earum, et villare que vocant Hermedanos, cum fines vel termines earum [... v]ocant Kallidas et usque in Bedocios et usque in rio Taped vel in alaude de Sancio vel [...]usque in Bagastrano vel in termines de Villalbini. Ideo ego Arnulphus episcopus dono hec omnia [su]prascripta, constituens ut nulli in pas(*sic*) modum hoc nostrum dothis vel decretum ullatenus [violare audeat, sed] inconvulsa et inviolabili permaneat. Redditum vero Sancte Marie sedis Gerundensis ecclesie statuimus [per singulos ann]os semodio I et inter annona et ordeo ad adiutorium faciendum Sancti Stephani de [Kalli]das et sinodum et crisma accepcionis.

Digesta est autem hec scriptura dothis V idus februarii anno octavo regnante Leutario rege, filio condam Ludovice.

+Bernardus(*sic*), gratia Dei episcopus Gerundensis. +Raimundus sacrista. Raimundus archilevita et abbas Sancti Felicis martiris Gerunde. + P[etrus] Guilielmi./f 7v/ Arnallus ipodiachonus.

Arnallus dignum curavit ponere sig+num. Gaucefredus levita+.

Raimundus presbiter, qui hanc dothem translatavit VI kalendas iunii in XVI anno regnante Leduovice rege.

Notícia de la consagració de Sant Pere de Martorell

1479 abril 30

ADG Quesitòries 5, f 152.

Andrea Alfonsello, doctor en decrets, canonge e ardiaca de Besalú e vicari general del Rm. Sr. mossen Joan, per la divinal miseratió bisbe de Gerona, a tots faels cristians, maiorment preveres curats e no curats, dins lo bisbat de Gerona constituits, saluts en nostra Senyor. Certifficam vos que segons nos és stade feta fe e mostrat per algun<a> anticha scriptura, aquest any passat, per auctoritat e licentia nostres, en la sglésia de Sent Pere de Martorell és stat transferit un altar antich qui en lo mig de dita sglésia era construit, dins lo qual son stades trobades reliquies de diversos sants martirs, e avie.y una carta scrita qui és de la tenor seguent.

Hic sunt reliquie sanctorum martirum qui passi sunt sub Diocletiano et Maximiano, reliquie de ligno Domini, de sepulcro Domini, de sanctas massas, de cruore Sancti Felicis et Sancti Vincentii et Sancti Uberti et Sancti Lamberti et de Sancta Eulalia, de Sancta Cecilia. Decem verba legis. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Non occides, non mecaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, non concupisces rem proximi tui, sed time Dominum Deum tuum. Gondemarus episcopus cum omni congregatione sibi commissa, tam canonica quam monastica. Vicarius, presbiter, cum omnibus parentibus suis, vivis et deffunctis. Argimirus presbiter.

On nos, considerades les coses desús dites, ab consentiment del discret Pau Marquès, rector, e den Joan Ameller e Mateu Sorivoll, obrés en nom de tota la parroquia, per honor de dites reliquias aiam statuide e ordenade una festa celebradora lo dia aprés de Senta Creu de mag, en la qual se fassa alcuna reverenda memoria de les dites santes reliquies, per ço nós, volents la dita festa proseguir de alguna special prerogativa, e per so que volsatres e cascun de vosaltres a celebrar aquella siau pus inclinats e ydoneus, confiants de la misericòrdia de nostre Senyor Deus Jesucrist e de la sua beneyta mare e dels gloriosos apostols Sent Pere e Sent Pau e del sor. bisbe a nós atorgade, a tots aquells qui la dita festa colran e celebraran, e la dita església per causa <de> devocio aquella jornade celebraran e a la obre o ornaments del dit altar o sglésia de lurs facultats ajudaran, quoranta dies de les penitencies a ells injungides los relaxam, volens que les presents nostres letres agen valor e efficacia cascun any continuament esdevenidor e perpetuament durador.

Dade en Gerona, a XXX de abrill del any de la nativitat de Nostro Senyor MCCCLXXVIIII.